

# Materialien zu Reihe I der Leibniz-Akademie- Ausgabe Version 1

*Materialien zu Reihe I der Leibniz-Akademie-Ausgabe. Version 1.* Bearbeitet von Malte-Ludolf Babin, hrsg. von der Leibniz-Forschungsstelle Hannover der Akademie der Wissenschaften zu Göttingen beim Leibniz-Archiv der Gottfried Wilhelm Leibniz Bibliothek – Niedersächsische Landesbibliothek. Hannover, 16. November 2006.



Sofern nicht anders angegeben, werden die Inhalte dieses Dokuments von der Akademie der Wissenschaften zu Göttingen unter einer Creative Commons Namensnennung-Nichtkommerziell 4.0 International Lizenz ([CC BY-NC 4.0](https://creativecommons.org/licenses/by-nc/4.0/)) zur Verfügung gestellt.



## ZU DIESEM DOKUMENT

Die *Materialien zu Reihe I der Leibniz-Akademie-Ausgabe* wurden als Sammlung von ergänzenden Stücken zu Reihe I: *Allgemeiner, politischer und historischer Briefwechsel* der historisch-kritischen Gesamtausgabe Gottfried Wilhelm Leibniz: *Sämtliche Schriften und Briefe*, hrsg. von der Preußischen Akademie der Wissenschaften u. a., Darmstadt u. a. 1923 ff. (Leibniz-Akademie-Ausgabe) angelegt. Eine typische Quelle der Materialien sind Drittstücke, die nach ihrer Bearbeitung aus dem ursprünglich geplanten Umfang eines Bandes herausgenommen wurden. Das vorliegende Dokument gibt den Stand vom November 2006 wieder.

Die *Materialien* wurden von Malte-Ludolf Babin bearbeitet. Den Satz hat Isolde Hein durchgeführt.

Die *Materialien* sind mit Hilfe des von John Lavagnino und Dominik Wujastyk entwickelten T<sub>E</sub>X-Macropakets EDMAC gesetzt worden. Um den Editionstext angemessen wiedergeben zu können, wurde im Leibniz-Archiv eine auf die Anforderungen und Bedürfnisse der Edition zugeschnittene Erweiterung entwickelt.

### Vorläufigkeit

Bei den *Materialien* handelt es sich um ein vorläufiges Dokument. Besonders sei darauf hingewiesen, dass die *Materialien* lediglich einen Zwischenstand der Arbeiten wiedergeben. Für eine Druckversion wären Änderungen und Korrekturen notwendig.

Außerdem besteht die Absicht, die Sammlung während der fortlaufenden Arbeiten an den Bänden von Reihe I um gegebenenfalls auftretende weitere Stücke zu ergänzen. Zusammensetzung, Stücknummern und Seitenzählung späterer Versionen werden damit vom vorliegenden Dokument abweichen.

### Versionierung und Langfristigkeit

Im Laufe der Arbeit an Reihe I der Leibniz-Akademie-Ausgabe können mehrere Fassungen der *Materialien* zugänglich gemacht werden. Unterschiedliche Fassungen des Dokuments werden durch Versionsnummern gekennzeichnet und sind so eindeutig identifizierbar.

Wir empfehlen ausdrücklich, stets die aktuelle Fassung der *Materialien* zu nutzen. Bitte überprüfen Sie deshalb vor der Nutzung dieses Dokuments auf unserer Webseite, ob eine neuere Version verfügbar ist.

Die Langzeitarchivierung und die langfristige Bereitstellung der Dokumente erfolgen über die Akademie der Wissenschaften zu Göttingen, die das Akademien-Vorhaben „Leibniz-Edition“ gemeinsam mit der Berlin-Brandenburgischen Akademie der Wissenschaften betreut. Die Zitierfähigkeit wird gewährleistet.

#### Zitierhinweis

Die vollständigen bibliographischen Angaben des Dokuments können der Titelseite entnommen werden. Wir empfehlen, bei Zitaten aus den *Materialien* oder Verweisen auf diese stets die Versionsnummer mit anzugeben. Ein Verweis könnte in einer Kurzform nach dem Muster des folgenden Beispiels gestaltet werden:

Antoine Lancelot an Johann Georg Eckhart, 9. Dezember 1702 (GOTHA *Forschungs- u. Landesbibl.* B 670 Nr. 43; vgl. *Materialien zu Reihe I der Leibniz-Akademie-Ausgabe, Version 1*, N. 1).

Bei längeren Stücken lassen sich mit Bezug auf die Version bei Bedarf Seiten- und Zeilenangaben hinzufügen; die Signatur einer handschriftlichen Vorlage findet sich jeweils im Kopf des Stückes.

#### Kontakt

Leibniz-Archiv, Waterloostr. 8, D-30169 Hannover, Deutschland

Leitung: Michael Kempe

Email: [leibnizarchiv@gwlb.de](mailto:leibnizarchiv@gwlb.de)

Internetauftritt: <http://www.gwlb.de>

## Inhaltsverzeichnis

1. Antoine Lancelot an Johann Georg Eckhart, 9. Dezember 1701 ..... 4

## #30865. ANTOINE LANCELOT AN JOHANN GEORG ECKHART

Paris, 9. Dezember 1701.

**Überlieferung:** *K* Abfertigung: GOTHA *Forschungs- u. Landesbibl.* B 670 Nr. 43. 2 Bog. 4°. 8 S. Leichter Textverlust am rechten Rand der Verso-Seiten durch Einbinden.

5 Vir Clarissime

Lutetiae Parisiorum V. Id. Decemb. 1701.

Binas a te eodem fere tempore accepi literas, unam quam Cl. Pinssonius mihi reddidit die I. Novemb. datam, priorem alteram die III. Septemb. Quam me mirum in modum recrearint, quamque tua illa in me licet immeritum benevolentia suaviter affecerit, tibi non bene significem. Scilicet mihi tyrunculo vixque prima literarum rudimenta delibanti,  
 10 a Te id est a Viro quem jam Tota Germania imo totus litteratorum Orbis suspicit red-  
 duntur epistolae, eaeque humanitatis plenae et officii. Quodcumque id beneficii est, illud  
 scio Charissimi Reuterholmii nostri officiosissimis de me colloquiis acceptum referri de-  
 bere, sed vereor maxime ne quam de me aestimationem apud te excitavit sustinere diu  
 non possim. Utut sit, ipsum promissi sui sponsorem, me vero solum obsequii et reveren-  
 15 tiae reum habebis. Quod vero priori Epistolae statim non responderim, illud negligentiae  
 meae nolim attribui. Quaedam in ea attigeras, de quibus doctiorem me volui priusquam  
 responsum darem. Haec habe. *S c u d e r i a m* elogio donavit *D. B o s q u i l l o n* Vir  
 in quo puram concinnamque orationem non desideras, et, ut uno verbo hominis laudes  
 attingam, ipsi *Scuderyae* dum viveret familiaris admodum. Encomium illud *Ephemeridi-*  
 20 *bus* nostratibus litteratorum XI. Julii insertum est. Ibi vitam mortemque et praecipua  
 doctissimae hujusce *Virginis* opera ut et gesta recenset vir disertissimus. Has mihi *Eph-*  
*emerides* pro Sua humanitate dederat quas ad te mitterem. At procul dubio jam in

---

Zu N. #30865: *K* ist das einzige überlieferte Stück aus Eckharts Korrespondenz mit dem Pariser Li-  
 teraten und Historiker A. Lancelot. Beilage war die nicht gefundene Abzeichnung einer Gratianusmünze  
 (vgl. S. 5 Z. 13 f.). — Neben den eigenen verfolgte Eckhart mit diesem Briefwechsel auch Leibniz' Interes-  
 sen, wie er in I, 20 N. 90, wo große Partien unserem Stück entnommen sind, betont. *K* antwortet danach  
 auf einen bzw. zwei (vgl. Z. 6 f.) nicht gefundene, wenigstens teilweise in Leibniz' Auftrag geschriebene  
 Briefe. Von einer direkten Korrespondenz Lancelots mit Leibniz ist nichts überliefert, doch weist I, 20  
 N. 367, S. 645 Z. 9 auf einen solchen Kontakt hin. 17 elogio: N. BOSQUILLON, *Eloge de Mademoiselle*  
*de Scudery*, in: *Journal des Sçavans*, 11. Juli 1701, S. 513–524 der Amsterdamer Ausgabe. Auf die-  
 ser Grundlage verfasste J. G. ECKHART eine *Kurtze Lebens-Beschreibung der Fräulein von Scudery* in:  
*Monathlicher A u s z u g*, Dezember 1701, S. 34–46.

manus venerunt. Quod si tamen audiam secus esse, quam primum accipies. Quanti te faciat tum ob singularem apud nos de tua πολυμάθεια famam, tum propter summum tuum in Scuderiam qua nihil ipsi charius est animi affectum, vel inde nosces quod brevi ab eo responsum habiturus sis si illum certiore facias quid praecipue de ea scire velis. Vitam Sapphus suae nunc adornat, et editionem poematum et opusculorum Pelissonii in se suscepit, brevisque forsitan edet librum cui titulum faciet *Pelissoniana*. Quo sit apud litteratos quoscumque hic degentes nomine D. Bosquillon ex aliis jam forte didicisti. Cl. Pelissonio quondam ut justa persolveret, ipsius manibus elogium consecravit, in quo quam honorifice de Cl. Leibnitio et de stupenda viri usque quaque summi doctrina sentiret, videre est. Quod attinet ad clavem Fabularum Romanensium a Scuderia elaboratarum, quominus habere possis quaedam vetant. Nondum scilicet ferret aetas nostra ut personatis quibusdam fictisque nominibus larvae detraherentur. Haec de Scuderia.

Nummum Gratiani Imp. ichthyocolla efformatum habere non mihi potis fuit. Delineationem quantum fieri potuit accuratissimam tibi mitto. Hic mitti in mentem incidit dissertatio contra P. Harduinum quae in tuis Excerptis inserta est, quamque Illustri Tschirnhausio nobis reddendam tradidisti. Nondum huc advenit Vir Clarissimus, saltem quod sciam, nec igitur gemina exempla nobis reddita sunt. Tibi tamen maximas grates ago me non solum litteris tuis sed etiam mun[ere] digneris. Excerpta tua ope Patrum Societatis Jesu stato quoque tem[pore] accipimus, Latina avidè legimus, Germana vero cuidam ex vestratibus cum se se offert occasio tradimus convertenda. Hinc fit ut jam disser[tationem] hanc perlegi. Mihi sane plurimum arridet authoris sentant[ia]. Sed ut ingenue fatear animum meum, forsitan aequo nimis pertinacem, non omnino evincit. Ut *Augg. Augg.* per has voces Augustorum Augustos explicentur quaedam nec ea sane parvi momenti faciunt. Inter plure[s] ejusdem Gratiani Imp. nummos quos vidisse datum est, unum memi[ni] hac Epigraphe donari *Concordia Auggg.* An alius harum

---

5 Vitam: nicht erschienen. 6 Pelissoniana: nicht erschienen. Ein ähnliches Vorhaben hatte M. de Scudéry 1699 Leibniz mitgeteilt, vgl. I, 16 N. 363. 8 elogium: N. BOSQUILLON [anon.], *Eloge de Monsieur Pellisson*, in: *Journal des Sçavans*, 4. Mai 1693, S. 282–298 der Amsterdamer Ausgabe; erwähnt bereits in I, 9 N. 86. 10 clavem: Um einen solchen Schlüssel hatte Leibniz bereits M. de Scudéry selbst gebeten; vgl. I, 15 N. 161 u. I, 16 N. 393. 15 dissertatio: [LEIBNIZ,] *De Nummis Gratiani Augg. Aug. cum Gloria Novi Saeculi*, in: *Monathlicher Auszug*, August 1701. 25 *Concordia Auggg.*: Die Münze ist für den Zeitraum 9. August 378 – 25. August 383 für fast alle Offizinen des römischen Reiches belegt; neben Gratianus finden sich auf dem Avers auch Valentinianus II. und, für einen Teil des genannten Zeitraums, Theodosius und Arcadius. Vgl. die Nachweise bei H. MATTINGLY; C. H. V. SUTHERLAND; R. A. G. CARSON, *The Roman Imperial Coinage*, Vol. IX, London 1933, Index V s. v. CONCORDIA AUGGG.

literarum sensus, quam Concordia Augustorum? Fuisse tunc tres August[os] nomine insignitos nemo vel qui prima salutavit historiae Roma[nae] limina ignorat. De Harduino triumphum agere nihil facilius. [Quis] nescit bonum hunc quandoque Patrem dormire? imo saepius se deridendum propinat, absit verbo invidia, cum invita et renuente historia  
 5 nummis dare lucem intendit. Sed quid? hos patitur mane[re], nec pertimescendum sane ne in Rep. Litteraria novae haereseos a[uctor] sit. Vix apud nos auditur, et quidquid fremit aut mussitat perinde ac si societas ipsi silentium a diuturno tempore imposuisset. Cont[ra] eum nuperrime scripsit D. Galland, qui Cimelium D. Foucault curat et illustrandum suscepit. De quibusdam Tetrici Aug. num[mis] agitur. Minus arrisit Gallandio  
 10 horum numismatum [sententia] ab Harduino cuidam D. de Ballonffeaux exposita, et inde nata est Dissertatio quam Cadomi e[didit] in 12<sup>o</sup>. In qua occasione arrepta Constantinos tres quos idem Pater [in] suo *Saeculo Constantiniano* asseruerat, ingeniose admodum refellit. At f[orsan] non omnium calculis probabitur Gallandii opinio, qui Licinii et aliorum capitibus Constantini nomen adjectum fuisse probare conatus est. Pauca sane hujus in  
 15 antiquis numismatibus moris exempla afferet, et si quae sunt luce meridiana clariora non mihi videntur. Sed quid moror? num γλα[ῦ]κ' εἰς Ἀθήνας. Ad Tschirnhausium redeo. Persuasum velim tibi sit, me Fello tuo, si videre eum licuerit (licebit autem si apud nos degat) significaturum quantum ipsius nomini sed maxime tuae amicitiae tribuam.

Jam ad nova litteraria nostra veniamus. D. Dupin Vir tibi notissimu[s] Joannis Charlierii dicti Gerson Cancellarii Universitatis Parisiensis, s[crip]toris apud nos famigeratissimi operum editioni incumbit. Quia autem Gerson iste minus bene in Romana curia audit ob jura Ecclesiae Gallicae acrius defensa, et Regum potestatem adversus summi Pontificis prae[ten]siones assertam non in hacce nostra urbe imprimitur, sed clam typographis Trevoltianis traditus est qui eum typis suis cudant. Post Gersonium edi[tum] audio illum Photii novam editionem meditari, utinam eam omnibus nun[c] exactam videre detur.  
 20 Paucis abhinc mensibus, idem D. Dupin edidit Gallice, *D e f e n s i o n e m C e n s u r a e*

---

3 bonum ... dormire: vgl. HORATIUS, *Epistulae*, 2, 3, 359. 8 scripsit: A. GALLAND, *Observations sur les explications de quelques médailles de Tetricus le père et d'autres, tirés du cabinet de M. de Ballonffeaux*, 1701. 10 [sententia]: vgl. J. HARDOUIN, *Numismata aliquot rariora Augustorum Tetrici senioris sive patris ... illustrata*, 1700. 10 D. de Ballonffeaux: J. G. v. Balonffeaux, Rat zu Luxemburg, Numismatiker. 12 *Saeculo Constantiniano*: J. HARDOUIN, *Chronologiae ex nummis antiquis restitutae specimen primum: Numismata saeculi constantiniani*, 1697. 16 γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας: vgl. ARISTOPHANES, Ὀρνιθεὺς, 301. 17 Fello ... licuerit: zu J. F. Fellers Parisreise vgl. I, 20 N. 275. 21 editioni: J. Charlier dit GERSON, *Opera omnia*, 1706. 25 Photii ... editionem: nicht erschienen. 26 *D e f e n s i o n e m*: L. E. DUPIN, *Défense de la censure de le Faculté de théologie de Paris*, 1701.



Facultatis Parisiensis de quibusdam propositionibus Patrum Societatis Jesu circa Sinensium religionem. Paris 1701. in 12[<sup>o</sup>]. Hujus controversiae seriem nec tibi forsitan gratum foret audire, nec mihi sane in animo est. Morosa nimis sunt haec, ne dicam parum Christianis doctoribus consona. Ultimum super hac re opusculum fuit *Judicium unius e societate sorbonica Doctoris Theologi de* etc. in 4<sup>o</sup>. Frustra ibi annum et locum impressionis nomenque auctoris requiras. Haec habe. Editus est libellus Parisiis hoc anno 1701. auctoremque agnoscit D. Coulau Bibliothecarium nostrum Mazarinaeum. Nondum pene lucem adspexerat cum suppressus est, quod nempe Jesuitarum partes ageret, et magistratus nomine ablata exemplaria, venditores incarcerati et mulctati, auctor ipse coram Facultate Parisiensi dicti factique noxam inficiando a se amoliri coactus est, cujus declarationis authenticum instrumentum typis datum.

*Actorum Sanctorum Ordinis S. Benedicti saeculum sextum* et a Christo undecimum duobus tomis in fol. distinctum et a Patre Mabillonio digestum tandem in publicum exit. Nondum vaeneunt exemplaria. Quam doctas et miram sapientes eruditionem praefationes adjiciat his voluminibus Reverendus author non te fugit. In his quas huic saeculo sexto praefixit, Hugonis Capeti obitum ad annum 996, conjugium Roberti Regis Hugonis filii cum Constantia ad ann. 1001, relicta recentiorum historicorum fide, reponenda esse probavit, quaedam alia non ita passim obvia, praecipue de Ordine Grandimontensi ibi reperies. At proh dolor! parum abfuit quin Virum nunquam satis laudatum et historiae nostrae promum condum nuper amiserimus. Gravi morbo et diuturno laboravit homo septuagenarius, sed tandem restituta valetudo, vires recreatae. Ipsum heri conveni ut ab eo de Burchardi MS. integro an alicubi extare sciret inquirerem. Sed nihil hac de re novi ex eo didici. Licet enim diarium istud aliquando laudaverit, ex ipsius tamen verbis nunquam ab eo visum fuisse colligi potest, sed tantu[m] quae ab aliis ex Burchardi opere citata fuerant legisse. Ab eadem Benedictinorum congregatione plura nobis parantur opera,

---

5 *Judicium*: P. COULAU (anon.), vgl. SV. 12 instrumentum: P. COULAU, *Declaratio*, [1701]. 18 Hugonis ... 996: vgl. *Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti*, Saeculum sextum, 1701, P. 1, Praefatio, S. XXVII f. 18–20 conjugium ... probavit: vgl. *ibd.*, S. XXIX–XXXI, wo Mabillon allerdings ganz richtig die Verbindung mit Constantia in die Zeit zwischen Ende 1004 und 1007 setzt (nach heutigem Kenntnisstand 1004/1005). 20 de Ordine Grandimontensi: vgl. *ibd.*, P. 2, S. XLVIII bis LII. 24 Burchardi MS.: Gemeint ist der *Liber notarum* von J. BURCKARD, von dem Leibniz 1696 u. d. Tit. *Specimen historiae arcanae* Auszüge veröffentlicht hatte und J. G. ECKHART in seinem *Corpus historicum mediæ aevi*, 1723, T. 2, Sp. 2017–2160, einen Teildruck geben wird.

quorum quaedam brevi in lucem exhibunt, inter quae non ultimum sibi locum, saltem apud eos qui in Reip. litterariae historia aliquid sumunt delectationis, vindicabit *I t e r I t a l i c u m* R. P. B e r n a r d i d e M o n t f a u c o n. Apprime tibi notum esse hominem reor ob editionem operum S. Athanasii. In hac sua Italica peregrinatione plures numquam antea editos hujusce Sancti Patris tractatus seu veros seu supposititios e Bibliothecarum forulis eruit vir sagacissimus, quos brevi edet sub *A p p e n d i c i s* nomine. Ab eo etiam D. Chrysostomi omnium operum editionem expectamus ad quam mox se accinget. Alter hujus Ordinis P. Louvar[d] S. G r e g o r i o N a z i a n z e n o ad Codices Mss<sup>os</sup> emendando totus incumbit. C l e m e n t e m A l e x a n d r i n u m alius ejusdem congregationis cujus nomen nunc elapsum est brevi edendu[m] aggressus est. S. Gregorii Magni *opera* a P. de S<sup>te</sup> Marthe item Benedictino illustrata typis habentur. Quidam P. Carolus Plum[er] ex familia Religiosorum S. Francisci de Paula quos minimos voca[nt] nuper edidit Gallice Artem Toreuticam seu quaelibet opera torno effing[endi]. Lugduni. 1701. in fol. cum fig. Quid monachus Botanicae huc usque deditus, et regia munificentia in Americae insulas eo missus nomine velit cum Arte Tornatili procul dubio quaeres. At mirari desine. Ut mori serviret qui apud nostros, etiam magnates invaluit, plura hu[jus] artis ab uno quoque peritissimo inventa hinc inde expiscatus est et edid[dit]. Ab aequis harum rerum aestimatoribus hoc opus pretio haberi audio. D u C a n g i i *G l o s s a r i u m* L a t i n u m , et M a b i l l o n i i *D i p l o m a t i c a* quominus in his regionibus iterum brevi recudantur, forsan vetabit bellum quod imminet. Sic invidet Bellona Minervae. Proximo tamen ineunte an[no] e typis regiis regius sane magnificentia liber luci dabitur, *Historia scilicet Christianiss. Regis Ludovici XIV. per nummos deducta, et in quin[que] aetates distincta.* Cujusque

---

2f. *I t e r I t a l i c u m*: B. de MONTFAUCON, *Diarium Italicum*, 1702. 4 editionem: ATHANASIOS, Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ᾠθανασίου τὰ εὕρισκόμενα πάντα, 1698. 6 edet: Einen Nachtrag zu seiner Athanasios-Ausgabe mit der Edition einiger neu entdeckter kleiner Schriften veröffentlichte B. de MONTFAUCON in seiner *Collectio nova Patrum et Scriptorum Graecorum*, T. 2, 1706, u. d. Tit. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ᾠθανασίου τὰ δευτεραῖς φρόντισι εὕρισκόμενα. 7 editionem: JOHANNES Chrysostomos, Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ᾠωάννου τοῦ Χρυσσοστόμου τὰ εὕρισκόμενα πάντα, 1718–1738. 8f. P. Louvar[d] ... incumbit: Die 1696 nach dem Tod von J. Du Frische und der Flucht M. Veissière de La Crozes von F. Louvard übernommene Ausgabe konnte erst 1778–1840 abgeschlossen werden; zu ihrer Geschichte vgl. R.-P. TASSIN, *Gelehrten-geschichte der Congregation von St. Maur*, Bd 2, Frankfurt u. Leipzig 1774, S. 220–222. 9 C l e m e n t e m A l e x a n d r i n u m : Eine entsprechende Werkausgabe ist nicht erschienen. 11 *opera*: GREGOR d. Gr., *Opera omnia*, 1705. 13 Artem Toreuticam: Ch. PLUMIER, *L'Art de tourner*, 1701. 22f. *Historia ... distincta*: [C. GROS de Boze,] *Médailles sur les principaux événemens du règne de Louis le Grand*, 1702.

frons paginae nummum exhibet cujus dei[nde] expositionem subjicit pagina. Vix credas quantis sumptibus. Unumquod[que] exemplar quingentis libris Francicis et quod excedit Regi constabit. Et revera nihil artificum id est caelatorum et typothetarum opera elegantius. At vereor maxime ne Materia superetur opus. De Numismat[um] et inventione et explanatione loquor, quae, si quosdam severae frontis homi[nes] audias, diligentiore[m] 5 requisivissent curam, et limatiori manu indiguissent. Ne tamen id a me dictum putes quasi Novae Inscriptionum et numisma[tum] Academiae dentem inferre in animo esset. Nemo nescit paucos ex ea in hunc laborem vocatos fuisse. De hac nova Academia nil mihi, quod h[ic] dicam novi adest, quippe qui jam ut credo videris Ephemerides Trevol[ti]anas mensium Septemb. et Octob. quibus inserta sunt Erectio et Statuta hujusce Academiae. 10 Fortassis etiam pauca de ea attingam in [mea] ad Reuterholmium Epistola. At silere non possum de alia nova quae n[uper] instituta est Societate, Ephemerides litterarias nostrati lingua deinceps evulgatura et D. Cousin in Aula Monetarum Praesidis, cui quindecim[m] circiter abhinc annis eas Ephemerides debebamus, senis jam defatiscentis vices supplementura. Magnam ut spero inde utilitatem percipie[t] litteraria res. Quippe selectissimis et 15 in sua quisque scientia doctissimi[s] Viris demandata est haec provincia. Eorum nomina proxima vice a me habebis. Nunc solum memini D. Andry Doct. Med. medicas res, D. [de] Vertot historiam, D. Du Pin Theologiam, Mathesin vero et humani[ores] litteras in se suscepisse Celeberrimum D. de Fontenelle. Ut vero semper idem orationis tenor nec is inconcinnus, Styli perpoliendi curam habet [D.] Pouchard. Nolim tamen haec omnia certo 20 tibi asserere. Illud solum add[o] eos cum anno sequenti 1702. incepturos.

De frequentissimis nostrorum traductionibus et opusculis liceat hic ne hilum quidem afferre. Ea est scribendi apud nos prurigo quam boni iique sapientes viri cuperent vehementer a Magistratu coerceri. Nil nunc quam pia quaedam exercitia, meditationes 25 morales in Evangelia, *Imitationis Christi* traductiones novas, historiam Melusinae et Gethofredi *μεγαλοδόντος* similiaque resonant ubique viculorum anguli. Quid haec ad te

---

10 Erectio ... Academiae: das *R e g l e m e n t ordonné par le roy pour l'Academie Royale des inscriptions et medailles* vom 16. Juli 1701, resümiert in den *M e m o i r e s pour l'histoire des sciences et des beaux arts*, September/Oktober 1701, S. 345–350. 12–15 Societate ... supplementura: Gemeint ist die Reorganisation des *J o u r n a l des sçavans* durch J.P. Bignon, der 1701 L. Cousin als Herausgeber ablöste und 1702 ein sechsköpfiges Redaktionsbüro einrichtete, dem die Z. 17–20 genannten Gelehrten angehörten. Vgl. dazu J. SGARD, *Dictionnaire des journaux*, Paris 1991, 2, S. 646 u. S. 650. 25 *Imitationis* ... traductiones: THOMAS a Kempis, *Les Œuvres spirituelles*, 1698–1700. 25 historiam Melusinae: [F. NODOT], *Histoire de Mélusine*, 1698. 25 f. historiam ... *μεγαλοδόντος*: DERS., *Histoire de Geofroy, surnommé à la grand' dent, sixième fils de Mélusine*, 1700.

mitterem. Num tecum de novis Philosophiae cursibus quos nobis etiam invitis hujus  
 nostrae Parisiensis Universitatis Professores edunt verba faciam. An Edmundi Pourchot  
 in Collegio nostro Mazarinaeo Philosophiam docentis *Institutionem Philosophicam* anno  
 1700 editam in 12°. 4 vol., an Guill. Dagoumer in aula Harcuriana eandem scientiam  
 5 profitentis cursum etiam Philosophicum ad usum Scholae accomodatum paucis abhinc  
 diebus in lucem fuisse amissum edisseram[?] Quid de Callyo Philosopho[,] item Cado-  
 mensi et ejus doctrina senserint Theologi nostri, ex novis Reip. Litterariae a D. Bernard  
 in Hollandia editis dubio procul didicisti. Plura igitur de censura opinionis hujus hominis  
 circa Eucharistiam hic fabulari parum necesse esset.

10 Transeo ad novum cui tandem lucem diu denegatam aspicere licebit *t r a c t a t u m*  
*A n t. D a d i n i A l t e s e r r a e A n t e c e s s o r i s T o l o s a n i j a m p r i d e m*  
*d e m o r t u i , c o n t r a l i b r u m C a r o l i F e u r e t d e a p p e l l a t i o n i b u s*  
*a b a b u s u.* Hujus operis editioni moras attulerant hactenus Principes quidam Ecclē-  
 siastici, famae si credimus. Nunc amotis omnibus impedimentis typis commissum est.  
 15 *Vitam Alteserrae* quam pluribus abhinc annis a se compositam habet Cl. Pinssonius non  
 amplius forte in tenebris latere sinent typographi nostri. Nefas etiam hic silentio praeter-  
 ire novum opus quod nondum pertractasse datum est cui titulus, *L'infailibilité*  
*de l'Eglise dans tous les articles de sa doctrine touchant*  
*la foi et les mœurs pour servir de reponse au traité de*  
 20 *M<sup>r</sup> Masius Docteur et Professeur à Copenhague intitulé*  
*Defense de l'Eglise Luthérienne contre les Docteurs de*  
*l'Eglise Romaine, par Leonor Antoine Langevin Docteur*  
*en Theologie.* Paris 1701. Claudii Nicasii Canonici Divionensis Viri in supellectili  
 antiquaria si quis alius versatissimi mortem non sine maximo luctu ut et rei litterariae  
 25 damno accepimus. Obiit die 19. Octobris. Aetatem hujus nondum habere licuit. Scripsit  
*de nummo Pantheo*, de Sirenibus, et quaedam alia vetera monumenta docte et eleganter

---

4 aula Harcuriana: Zum Collège d'Harcourt vgl. A. FRANKLIN, *Les anciennes bibliothèques de Paris*, T. 1, Paris 1867, S. 367–371. 5 cursum: G. DAGOUMER, *Philosophia ad usum scholae accomodata*, 1701–1703. 7 doctrina: vgl. P. CAILLY, *Durand commenté*, 1700. 7f. ex novis ... editis: vgl. *Nouvelles de la république des lettres*, September 1701, S. 352. Der Verfasser wurde gezwungen, seine auch *ibd.*, Oktober 1701, S. 468–472, und November 1701, S. 591 f., veröffentlichten Thesen zu widerrufen, das Buch selbst wurde beschlagnahmt. 10 *t r a c t a t u m*: A. DADINE d'Auteserre, *Ecclēsiasticae jurisdictionis vindiciae*, 1702. Auteserre, seinerzeit Professor der Rechte an der Universität von Toulouse und 1682 verstorben, hatte diese Schrift 1660 im Auftrag der Assemblée générale du clergé ausgearbeitet. 15 *Vitam*: nicht erschienen. 26 de Sirenibus: C. NICAISE, *Les Sirènes*, 1691. 26 monumenta: DERS., *Explication d'un ancien monument*, 1689.

exposuit. Multum illi dum viveret cum litteratis quibusque et conterraneis et exteris litterarum erat commercium. Eum perquam honorifice laudat passim celeberrimus D. Bayle in Lexico suo Critico.

Nunc ad ea quae ad me attinent venio. Quod nostros tenuiori quidem et ineleganti Musa compositos versus abs te non omnino contemni accipio, id tuae humanitati scio 5  
 tribuendum, et hoc nomine me tibi maximam gratiarum actionem habere velim putes; at quod te eos perlegentem Cl. Leibnitius tuus audierit, imo quod me salutatum suo nomine voluerit, vix in anim[um] inducere possum. Scilicet ea esset hominis inter litteratos aetatis nost[rae] facile Principis urbanissima indoles ut nec frigidiuscula novitiorum tentamenta dedignaretur? Quantum ipsius scientiam omni humana fide majorem suspiciam, 10  
 quantum acre ingenium nullius intra disciplinae limites coactum demirer, quanto denique cum Leibnitianas perpendo [—] stupore defixus haeream quam cuperem ut verbis exprimere daretur. [At] me cum deficiat vis dicendi, hoc saltem unum superest in votis ut dev[otissim]um me sui semper nominis cultorem futurum persuasum maxim[e] habeat. Quod ut efficias, omnemque meam operam studium offi[ci]umque ei deferas obnixè pre- 15  
 cor atque rogo. Quod vero de Regia Scientiaru[m] Academia scire satagit, votorum quam primum erit compos, et a nostr[i] Reutherholmiique amicissimo D. Reneaume, cujus ad vos ut puto de[latae] sunt Theses medicae, in posterum si velis scribentur ἀνέκδοτα ex eadem. Interim quid in comitiis publicis 12. Novembris proxime praeteriti habitis actum fuerit, ex me disces idque breviter. D. Cassini relatione[m] itineris ad Pyrenaeos mon- 20  
 tes ut Meridianum Lutetianum describeret [a] se suscepti legit. Ibi quibus rationibus, quibus instrumentis usus fuer[it] exposuit, innuitque terram ovali figura circumscriptam esse, quod [ut] certius evincatur statim atque per bellum licuerit, D. Chazel alt[er] hujus Academiae socius isque etiam in Astronomicis versatus ad totum orbem circumeundum se comparab[it]. Interim Maris Mediterranei descriptioni exactissimae dabit operam in 25  
 qua longitud[in]es latitudinesque omnium portuum, lituum, quin et rupium et alior[um] ad rem nauticam facientium tum observationibus astronomicis tum geometricis opera-

---

2 laudat: nicht ermittelt; erst die vierte Auflage von P. BAYLES, *Dictionnaire historique et critique*, T. 3, 1730, S. 501, widmet Nicaise einen kurzen Artikel. 17f. D. Reneaume . . . medicae: Gemeint sein dürfte M. L. RENEULME de la Garanne [Praes.], *Quaestio medica. An mathesis medico necessaria?*, 1701. 20 relatione[m]: G. D. CASSINI, *De la Meridienne de l'Observatoire royal prolongée jusqu'aux Pyrenées*, in: *Memoires de mathematique et de physique tirez des registres de l'Academie Royale des Sciences de l'année 1701*, 1704, S. 169–182. Cassinis Vortrag ist dort vom 14. November 1701 datiert. 23–12,1 D. Chazel . . . definientur: vgl. *Histoire de l'Académie Royale des Sciences. Année MDCCI*, 1704, S. 121–123: „Sur un projet d'un nouveau portulan pour la Mediterranée“.

tionibus definientur. D. Cassini exceptit D. Simo[n] Boulduc Pharmacopola et Chymicus qui de nova radice Ipekakua[nae] praeparatione verba fecit, modumque hujus radice facultatem astringentem qua saepissime nimium pollet imminuendi proposuit. Tertius, isque morosus admodum propter vocis sonum ἄχα[ρῖν] D. Morin Doct. med. nec novum  
 5 nec sibi bene consistens de urinae meatu systema non sine maximo adstantium fastidio prolixè lectitavit. Postquam ipsi tandem loquendi finem imposuisset D. Abbas Bignon hujusce Societatis Praeses, D. Marchant Botanicus injucu[ndum] sennae saporem sine ullius hujus plantae virtutis detractatione corrigi p[osse] ope scrophulariae majoris demonstravit, et occasione arrepta hominu[m] nostrae aetatis ridiculam exagitavit stoliditatem qui  
 10 neglectis vulga[ri]oribus quibusque et sub nostro aere tritissimis radicibus, Peruvianas, Orientalesque magno vitae dispendio perquisitas minus etiam persaepe effic[aces] tanti faciunt. Haec in publica congregatione lecta fuerunt. Nuper aud[ivi] D. de la Hire patrem in planisphaerio caelesti brevi edendo totum esse, in Hemispheria distinctum fore dicunt quorum unum Arcticas alterum Antarcticis constellationes complectetur. Hujus filius  
 15 *Ephemerides* p[ro] anno 1702. ad meridianum Parisiensem emisit. Paris. 1701.

Ad te nunc Vir Amicissime lubenter convertatur oratio, Te inquam quo cum frequentius deinceps litteras commutaturum spero. Nil mihi mehercle nec jucundius unquam nec in commodum magis profuturum accidere poterit. Ut promissis tuis stes per Deum obtestor, meminerisque Vestratum nomina minus nobis trita distincte enunciare, et quantum  
 20 licuerit Illustrium defunctorum diem obitus notare. Quidni etiam aetatis annos? Horum si per te certior fieri possim infinitis me nominibus obstringes. Ne id tamen unum me a tua humanitate expectare arbitreris. Quae de Joanna Papissa adversus Spanhemium habes et mea plurimum et rei litterariae interest ut a te luci committantur. Cura igitur  
 25 Vir doctissime ut illis tuis cogitatis fruatur quondam eruditus quisque, nec velim hunc nobis et aliis amicorum quotquot hic sunt, nec sunt pauci qui te peramanter diligunt,

---

1–3 Boulduc . . . proposuit: S. BOULDUK, *Observations sur les effets de l'Ypecacuanha*, in: *Memoires de mathematique*, a. a. O., S. 190–192.    3–6 Tertius . . . lectitavit: L. MORIN, *Projet d'un système touchant les passages de la boisson et des urines*, *ibd.*, S. 196–209.    7–12 D. Marchant . . . faciunt: J. MARCHANT, *Dissertation sur une plante nommée dans le Bresil, Yquetaya, laquelle sert de correctif au sené, et sur la préférence que nous devons donner aux Plantes de nôtre païs, par dessus les Plantes étrangères*, *ibd.*, S. 209–218.    13 planisphaerio: Gemeint sind wohl Ph. de LA HIREs nur sehr bedingt der gegebenen Beschreibung entsprechenden *Tabulae Astronomicae*, 1702.    15 *Ephemerides*: G. P. de LA HIRE, *Regiae scientiarum Academiae ephemerides*, 1701.    23 Spanhemium: F. SPANHEIM, *De Papa Foemina inter Leonem IV. et Benedictum III. disquisitio historica*, 1691.

postulationibus laborem invidias. Absit tamen ut mihi sub Epistolae nomine inscribatur. Pro tua in me benevolentia id a te peto ut operi tuo melius consulas nec quod suapte natura praestantissimum est, indigna prorsus inscriptione corrumpatur. Plurimam tibi salutem defero a duobus, iisque summis viris. Primum horum scilicet Josephi commentatorem et interpretem D. Boyvin ita devinxisti in indigitandis pluribus quae ad hujus 5  
historici editionem faciunt operibus tam editis quam mss. ut in parum memoris animi vitium incurrere videretur, ni tibi permaximas grates ageret. Horum alterum intelligo Cl. Delisle opera uti ut in amicitiam tuam perveniat. Quin eo parario brevi votis fruatur nullus dubito. Liceat tamen et hic calculum meum adjicere. Reverendus hic e Soc. Jesu P. de Vitry inter eos qui Ephemeridibus Trevoltianis navant operam, non ultimus sane 10  
annumerandus est. Ut plura ad eas Ephemerides nova litteraria hinc inde colligit, forsan cum eo commercium inire non tibi injucundum, ipsi autem fore gratissimum vadem me praebeo. Reuterholmium nostrum amantissimum plurimi a te fieri laetor vehementer et tibi gratulor, vix alium studiis tuis digniorem invenias. Foelices ambo quibus datum est vobis vicissim integris frui. At nobis proculissime dissitis quid restat quam ut Reuterhol- 15  
mio Eccardum, Eccardo Reuterholmium invideamus. A Kochio vestro salutem qua debui animi gratitudine accepi. Per te liceat me ipsi meaque studia commendare et bonas aves precari homini de me ita officiose bene merito. Vale Vir Clarissime et si quid in hisce nostris regionibus a te expetatur fac sciam, ut quantum tuus sim aliquatenus significare 20  
possim. Interim Polono conferendo quamprimum me accingam. Vale iterum et me aegre admodum a te avelli puta, me inquam semper nominis tui

Vir Clarissime et Doctissime cultorem perpetuum, et devotum L. A. Lancelot.

Ex Bibliotheca Mazarinaea.

Haec scripseram festinantius, cum quaedam mihi excidisse me[mini] quae a Vobis vellem edoceri. Fac ut Reuterholmius noster mi[hi] innuat quid sibi velit cum libro cui 25  
tit. Bisselii *Tuba Jambica antiquitatum Angelicarum Vet. et Novi Testamenti*. Pergra-

---

5 Boyvin: Louis Boivin. 8 Cl. Delisle: Gemeint ist vermutlich Guillaume Delisle (Sohn); vgl. N. #15833 **01XII29**. 10 Vitry: Wohl auf diesen Hinweis schrieb Eckhart an E. de Vitry am 1. Januar 1702 einen Brief mit „nova litteraria“ (verworfenen Abfertigung (?) in LBr. 228 Bl. 196–197). Über einen Fortgang der Korrespondenz wurde nichts ermittelt. 10 Ephemeridibus Trevoltianis: *Mémoires pour l'histoire des sciences et des beaux arts*. 16 Kochio: O. C. Coch. 20 Polono: Offenbar hat Eckhart versucht, Lancelot für das Kollationieren der Pariser Handschriften des *Chronicon pontificum et imperatorum* von MARTIN von Troppau einzuspannen, wohl in Hinblick auf eine (nicht realisierte) Edition; vgl. auch I, 18 N. 273.

tum etiam mihi faciet si quantum ipsi per tempus licuerit quid de tractatu J o h. N i c. Herzii de Regno Francorum veteri etc. sentiendum sit moneat, an vetera monumenta, diplomata, Principumve placita, aliaque hujus generis reperiantur. A te vero, Vir Clarissime[,] cuperem scire, quid de Othonis Sperlingii opere [—]  
5 actum est, quo doctas mulieres a primis temporibus ad nostrum usque recensere moliebatur. Editumne vel tantummodo promissum? Morhofius illud pag. 229 *Polyhist* edit. 2. laudat. Cuid[am] ex nostris audivi in mente esse Bibliothecam mulierum aliquando adornare. Quod si tamen se a Sperlingio praeventum accipiat, operi manum auferet. Liceat etiam ex te quaerere an Cl. Junckerus vester de Societatibus eruditis elucubrationem suam ediderit. Quidni editionem alteram sui *de Ephemeridibus* littera[riis]  
10 operis aggreditur? Quaedam emendanda, plura vero addenda esse [—] foelicissimi ingenii fugere nequit. Novis Reipublicae litterariae supra allatis, haec si lubet adjice. D. Dupin Bibliothecam suam Ecclesiasticam ad medium usque saeculum XVI. produxit. Non [ita] pridem duo ab anno 1500 ad 1550 prodire volumina. Paris  
15 17[01] in 8°. De Lutero vestro et Calvini secta plura ibi disseruntur. In praefatione secundi voluminis nobis Catalogi Universalis omnium authorum et operum Ecclesiasticorum brevi edendi spem facit. Academiae Scientiarum historiam a se auctam iterum typis mandavit D. Du Hamel. Paris. 1701. in 4°. Aliam ejusdem Academiae Relationem historicam quam  
20 parat D. de Fontenelle circa initium anni proximi in publicum exituram asserunt. Sereniss. Princip[is] Jacobi II. Magnae Britanniae Regis et Philippi Aurelianensis [Ducis] orationes funebres et elogia longum esset enarrare. Non te amplius morabor. Vale iterum Vir Clarissime et me tui amantissimum velim inter tuos habe.

---

1 tractatu: J. N. HERT [Praes.], *Notitia veteris Francorum regni usque ad excessum Ludovici Pii*, erschien erst 1710. 4 opere: O. SPERLING, *Commentatio de Foeminis omnis aevi doctis 888*, blieb ungedruckt; vgl. ausführlich dazu J. MOLLER, *Cimbria literata*, Havniae 1744, T. 2, S. 854. 7 Cuid[am]: nicht identifiziert. 9f. elucubrationem: nicht erschienen. 10 *de Ephemeridibus*: Chr. JUNCKER, *Schediasma historicum de Ephemeridibus*, 1692. Eine zweite Auflage ist nicht erschienen. 13 *Bibliothecam*: L. E. DUPIN, *Histoire de l'Eglise et des auteurs ecclésiastiques du seizième siècle*, war im März 1701 erschienen. 16 *Catalogi*: L. E. DUPIN, *Table universelle des auteurs ecclésiastiques*, 1704. 18 *historiam*: J.-B. DU HAMEL, *Regiae scientiarum Academiae historia*, sec. ed., 1701. 19 *Aliam ... historicam*: B. Le Bovier de FONTENELLE, *Histoire du renouvellement de l'Académie royale des sciences en 1699*, erschien erst 1708. 21 *Jacobi*: Jakob II. von England war am 16. September 1701 verstorben. 21 *Philippi*: Philipp Herzog von Orléans starb am 9. Juni 1701.